



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 100. Tredecim articuli circa Missæ Sacrificium in quadam Congregatione  
propositi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

veniendi promptitudo, quam ea ad o-  
ptatum exitum deducendi facilitas: Sæcul. XVI  
A.C. 1562.  
semper enim Hispaniæ Episcopi sese hac  
in re Pontificis voluntati speciatim op-  
ponebant.

## §. C.

*Tredecim articuli circa Missæ Sa-  
crificium in quadam Congrega-  
tione propositi.*

Postea die decima nona Julii generalis  
habebatur Congregatio, in qua tre-  
Pallav. cap.  
13. n. 8.  
decim articuli circa Missæ Sacrificium, Sarp. p. 526.  
atque corruptelas ibidem irrepentes ex-  
aminandi Theologis tradebantur, eo-  
rumque primus erat, utrum Missa sit sola  
commemoratio Sacrificii in Cruce perfecti,  
an verum Sacrificium.

*II. Utrum Crucis Sacrificio deroget  
Missæ Sacrificium.*

*III. An per ea verba, hoc facite in  
meam commemorationem, jusserit Chri-  
stus Apostolus offerre suum corpus, & san-  
guinem in Missa.*

*IV. Num Sacrificium, quod fit in Mis-  
sa, proposit solum sumenti, sed offerri non  
possit pro aliis, tum vivis, tum defunctis,  
nec pro ipsorum culpis, satisfactionibus, a-  
liisque indigentius.*

*V. Utrum Missæ privatæ, in quibus  
Eucharistiam sumit solus Sacerdos, & non  
alii, licetæ non sint, ac tolli debeant.*

*VI. An*

